

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscurorum virorum

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

31. Albertus Strunck

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

31.

¶ Albertus Strunck

Magistro Ortvino Gratio Daventriensi

Reverentialem obedientiam loco Salutis. venerabilis domine Magister. Rogo 5
vos cordialiter quatenus velitis mihi indulgere, quod non scribo vobis sepe,
quia est per deum ita magnus Calor in Roma, quod unus non potest ire
in plateis vel sedere in domo: Et non possum scribere aliquid vel com-
ponere præ Calore. Sed vos scitis quod est magnus labor facere dicta-
minas, et dixistis mihi in Colonia, quod in septem diebus vix facitis unum 10
bonum dictamen. Et allegastis mihi Horatium dicens, quod talis poeta docet
quod novem annos debemus consumere faciendo unum bonum dictamen.
Et credo quod sic est faciendum. Quia oportet esse cautum et videre
quod est bona congruitas. Et aliquando non est satis quod est bona con-
gruitas: quia requiritur etiam Ornatus secundum viginti præcepta Elean- 15
tiarum et Modum epistolandi Pontii vel Pauli Nivis qui fuit magister Lip-
sensis. Etiam isti poetæ sunt nunc valde reprehensivi, et quando aliquis
scribit aliquid, tunc dicunt: 'Ecce ibi et ibi non est bona latinisatio': et
veniunt huc cum suis novis terminis et confundunt antiquam grammaticam.
Ergo non possum scribere in istis Caloribus. Ergo habeatis me excusa- 20
tum. Et Valet. Datum Romæ.

32.

¶ Magister Henrichus Cribelinioniatus

Magistro Ortvino

Salutem.

25

Venerabilis Magister, primum et ante omnia sciatis, quod perdidisti
duas sententias, et si perdo tertiam, tunc diabolus erit Abbas. Et timeo
valde, quia Auditor dixit mihi: 'Per deum, si essem sicut vos, ego non
vellem appellare, quia non habetis Ius': ergo non scio quid debeo facere.
Ego credo quod theologi hoc anno non debent fortunam habere. Quia 30
etiam eximius vir Dominus Magister noster Petrus Meyer satis male stat
in causa sua contra Canonicos Franckfordienses, quod vexant illum bonum
et devotum patrem. Sed credo quod isti Canonici faciunt hoc propter
Iohannem Reuchlin quem diligunt propter suam poetriam. Et propterea

³ M. 4.5. Dauē. 4.5. ⁶ Cordialit' 4. michi ter in hac ep. 5. ⁹ p̄ 5.
¹⁸ est] ē 4. omis. 5. ²¹ Datū Ro. 5.

²³ M. 4.5. Henricus Cribelinioniatus 5. ²⁵ Sal. 5. ²⁸ michi 5. ³¹ D. M.
4.5. Io. 4.5.